offitiorum praefator. ad quod ex his virtute Iuris contra praesentis citabitur vellem'que sibi non recipiendo nullasque monitiones appellationes ac earum prosequutiones faciendo factae praemissa omnia praesentis simplicibus vel citatis causibus suspensionibus fatalibus Iuris praesentis terrae bello conventioneque ac aliis quibuscunque Iuris remediis et defensionis non subterfugiendo nec quovis modo euadendo praesenti seu Inmmo grendo ad praemissa omnia et singula mediante

Actum in Castro Premisliensi Feria Secunda Post Festum Sanctissimae et Indiuiduae Trinitatis Proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Primo

5/VI 1651

Jaworski Jaworskiemu Donat.

Comparens personaliter Coram officio et actis praesentibus Castren. Capitaneal. Premisliensibus Nobilis Ilias Jaworski Zuborc sanus mente et corpore existens Terrae Actibus Iuribus Iurisdictionibusque suis quibuscunque propriis et competentibus renuncians praesenti vero Castren. Capitaneali Premisliensi Iurisdictioni se cum Successoribus ac bonis suis omnibus quoad vim actus praesentis attinet totaliter et plenarie incorporando atque subiiciendo palam libere quatenus acper expresse recognovit Quia ipse omnes et integras bonorum suorum generaliter omnium sortes quascunque se Recognoscentem spectant et concernunt in bonis villae Jaworow Terrae et districtu praesenti Premisliensi existentes cum omnibus praedictorum Iure dominio proprietate hereditate titulosque haeredit. Cumque omnibus et singulis bonorum praefatorum utilitatibus fructibus proventibus redditibus emolumentis obuentionibus agris pratis campis pascuis siluis Gais aedificiis structuris incolis subditis et incolis ad easdem sortes bonorum praefatorum pertinentibus cum eorum dationibus vectigalibus muniis officiis obsequiisque quibusuis attinentibus et pertinentibus generaliter uniuersis Nihil ex praemissis Iuris dominii proprietatis tituli complexus ac cuiusuis competentiae et praerogatiuae pro se recognoscente suisque Successoribus aut alio quopiam reseruando seu excipiendo verum ita late longe circumferentialiterque prout praefatorum bonorum hereditas se in suis metis et limitibus extendit et protendit et prout eadem bona ipsemet recognoscens tenuit habuit et possidebat ipsumque concernebant ac eidem ultimo seruiebant Iam ex nunc et de facto Nobili Nicolao Jaworski filio suo recognoscens et eorum possessionem dedit

donavit ac titulo puro mero perpetuo et irrevocabili dona tionis inscripsit et resignavit prout praesenti dat donat inscribit et resignat perpetuo. De quibus quidem bonis praedictis per se Recognitem donatis et resignatis praefatus Recognens Nobilis Elias Jaworski eidem Nobili Nicolao Jaworski filio suo eiusque posteris ex nunc et de facto Coram Officio praesenti dat et admittit realem Intromissionem et actualem pacificamque possessionem per Ministerialem quemcunque competentem et Nobiles duos die quacunque voluerint Officiose acceptandam Per ipsos Nobilem Nicolaum Jaworski filium et eius posteros suprascripta bona praedicta donata et resignata Cum universis utilitatibus et emolumentis tenendi habendi et possidendi illisque pacifice et quiete utifruendi ac ad usus suos suorumque successorum quosvis modo beneplacitos libere et effectualiter convertendi perpetuis et aeternis temporibus. Debetque et tenebitur memoratus Recognens Nobilis Elias Jaworski prout se ac suos successores in et super bonis suis generaliter omnibus ac summis pecuniariis quibuscunque habitis et habendis suprascripto Nobili Nicolao Jaworski donatario suo inscribit et obligat praedictum ipsum et eius successores in dictis bonis praedictis donatis et resignatis et ratione eorum bonorum ab omni et quavis impetitione iuridica quarumcunque personarum cuiuscunque conditionis status et sexus existentium per omnes praeventiones terrestres prout ad quamlibet personam terrestrem spectat et pertinet praescriptionis In omni Judicio et Officio Regni semper tres quaeres opus fuerit tueri defendere evincere intercedere et eliberare indemnemque cum posteris reddere nec non bona praefata praedicta per se resignatem donata et resignata ab omnibus in genere iuribus et Inscriptionibus prioribus et posterioribus super eadem bona Cuiusvis personarum quocunque modo factis et faciendis Tum etiam a quibuscunque Actionibus in eadem bona importatis et importandis, lucris denique et perlucris ac processibus Juris quibuscunque in quocunque puncto et gradu Juris dependentibus in quovis Judicio et Officio Regni obtentis et obtinendis ac super omnibus bonis praedictis donatis et resignatis perductis et perducendis emundare et eliberare mundaque et libera semper facere ac etiam Intromissionem praefatam Coram Officio praesenti admissam in fundo bonorum praefatorum praedictorum resignatorum dum per Ministerialem et Nobiles Officiose requiret non denegare imo debebit et tenebitur eandem libere

et effectuato dare et admittere, dataq et admissa eadem possessionem et usumfructum praemissorum quovismodo tam per se quam per suas quasvis submissas et subordinatas personas non impedire nec adimere ipsoq Donatarium suum sive ipsius posteros in praemissis omnibus nullo modo iniuriari ita ut eadem bona praesentia donata et resignata idem Donatarius suus aut posteri quiete et pacifice praesentis Inscriptionis vigore tenere habere et possidere queat et possit perpetuis et aeternis temporibus Idque sub damnis Terrestribus simplici verbo absque corporali Juramento taxandis, et edicendis per eundem recognitum aut ipsius posteros suprascripto Donatario suo et eius posteris ob non complementum praemissorum omnium et singulorum tam in parte quam in toto toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbet. Pro quibus quidem damnis Terrestribus simpliciter taxandis et edicendis modo praemisso ad solvendum succubito, ac re aliqua praesenti ex praemissis non completa complendo Citatus ex nominatus recognitus Illis Ilias Jaworski sive eius posteri ad instantiam suprascripti Illis Nicolai Jaworski filii sui sive eius posterorum ad Officium praesens Castrense Capitaneale Premisliense ex tunc recessu suprascripto quoad rendum spectato mediante semper in primo citationis termino tanquam peremptorio stare iuri parere reddere damna praefata terrestria luere Inscriptioni praesenti satisfacere ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur seque ac suos successores ad eadem omnia obligat Eundem primum peremptum terminum et alios omnes exinde consequentes causae eiusdem terminos semper peremptorios vera infirmitate pro maiori minorennitate successionum legione intra vel extra Regnum servitiis militari ad evictorem ad munita vel aliis quibusvis dillationibus et legatis impedimentis non differendo Ad quittacionem vero prorsus terminos Officii praefati Castrensis Capitanealis Premisliensis dillationem sibi non recipiendo nullasque manus appellationes ac earum prosequutiones faciendo tum praemissa a praemissis simplicibus vel privatis eximibus suspensionibus fatalibus Juris communi ptiens terrestris bellis Conventionisque tum aliis quibusvis Juris remediis et defensis non subterfugiendo necquoquam modo eundem Praesentii sua Inscriptione ad praemissa omnia mediante

Actum in Castro Premisliensi